

lique tonum reddunt: fluxiones muliebres, curfus ventris & gonorrhœas quoque fi-
sunt. In anum per clysteres, in penem per syringam cum Saccharo ex aqua plantagi-
nis, vel oleo rosarum dissolutum, aduersus eadem mala prospero successu injicitur.

C A P V T V.

Cabreiba sive Balsamum Peruvianum.

Inter arbores infructiferas primaria est *Cabreiba*. Quarum duas species, non in habita-
ta Brasilia, sed in remotissimis desertis trans immentia illa montium juga, vidi. Vtraque
est excellentissima, vastissima, & odorifera, sed cortice & ligno differentes. Altera ru-
bescentis est coloris, odoreque Cedro Brasiliensi, quæ Incolis *Acaiacatinga* dicitur, non
dissimilis. Altera, de qua nos

in præsentî agimus, folio est
exiguo, instar Myrti, cortice
cinereo, digitum crasso, tenui
membrana miniati coloris, ex-
terius cooperto, sub qua fla-
vus liquor, quo totus cortex
turgere solet, latitat, qui ve-
tus gratiorem spirat odorem
quam si recens sit, sicque con-
sistentiæ crassioris & coloris
puniceî. Cortex contusus &
in massam redactus, suavissi-
mos efficit globulos, & alia
multa. Lignum illius singula-
rem usum præbet in ædificiis.

Revirescente arbore circa
Februarium & Martium, Luna
plena, ex læto cortice, pendu-
lus vasculis, excipitur hoc Bal-
simum fragrantissimum *Caba-
reica* dictum.

Ædes non solum, sed Lu-
cos integros gratissimo odore,
Peruviano perquam simili, in-
ficat. Substantia est compacta
& tenaci, sed calefactum se-
quaci & ductili. Circa fluvium
potissimum *teneiro* & in distri-
ctibus Divi Vincentii & Spiri-
tus Sancti, quam in Pamam-
bucensi, crebrius reperitur, licet
non adeo magna quantita-
te inde ad nos deferatur.

Ad internos & externos affectus non inferiori gaudet qualitate quam *Copaiba*. Cali-
dum & siccum est in secundo gradu, dissolvens, digerens & confortans. Aliquot illius
guttulæ per os jejunis exhibitæ, Asthmati profunt: intemperiem quoque ventriculi,
viscerum languores inveteratos corrigit: tepidum pectori & hypochondriis illitum,
capitis oppilationes & frigiditates tollit. Irrigatione & frictione capitis & cervicis ex
panno rubro, corroborat cerebrum, & præservat à Paralyfi & Spasmo; imo debilitatum
omne nervorum genus in pristinum vigorem restituisse, laxissime hic fumus experti. In
nervorum puncturis acrimoniam sanæ, unde tot dolores & convulsiones oriri solent,
retundit.

Cæterum Lusitani æque ac Brasiliani aduersus vulnera & morsus venenatorum ani-
malium inesse illi virtutem quandam singularem testantur, ad quam animalia, instinctu

solo

CABREIBA.

